Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

8. De deductione ad Hannam. Ioan. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

& afflictio, ab inſtituto pietatis ſtudio[r]
cedunt. 2. Conſidera, eos in hanc tentati[o]
nem incidiſſe, vt fugerent, quia conſili[o]
Chriſti non paruerunt, cum pręmonuer[it]
Orate ne intretis in tentationem. Imo præd[i]
xerit eos fugituros. *Omnes ſcandalum,* lo[-]
quiens, *patiemini in me iſta nocte.* Vnde d[i]
ſcimus in magnis afflictionibus ſuperan[dis]
non eſſe fidendum noſtris viribus, ſed a[r]
denti orationi inſtandum. Nec enim p[ro]
ſe opus habuit oratione Chriſtus, ne fug[e]
ret, ſed vt nobis exemplum daret, doceret[-]
que quanti ſit facienda oratio.

MEDITATIO VIII.

De deductione Chriſti ad Annam. Ioan. 18.

1. ET *adducunt Ieſum ad Annam primum, qui interrogauit Ieſum de doctrina & di[-] ſcipulis. Et reſpondit, Interroga eos qui audie[-] runt, palam locutus ſum in templo, & Syna[-] goga omnia.* Conſidera, quomodo rabidi il[-] li miniſtri in tenebris per vias inuias, pe[r] ſpinas & ſordes indignè raptēt, (vti ad do[-] mū Annæ pertrahāt) innocentē hūc agnū, quot iniuriis & verberibus afficiāt, ac ſub[-] inde præ debilitate, in terrā plapſum pu[-]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gnis & calcibus exagitent, vt ſurgat. 2. cō-
ſidera quomodo coram truci & faſtuoſo
Pontifice manibus in terga reuinctis, ocu-
liſq; humi deiectis aſtatis, cui omnis po-
teſtas data erat in cœlo & in terra; quàq;
modeſte Annæ per calumniam doctrinam
eius examinanti reſpondeat; vt diſcas non
triſtari, ſi aliquando alii peruerſè de te lo-
quantur & ſentiant, modo tu nullius erro-
ris conſcius ſis, deinde vt alieno potius te-
ſtimonio, quam proprio, doctrinæ vel vi-
tæ integritatem defendas.

His à Chriſto dictis, vnus aſſiſtens mini- 2.
ſtrorum dedit alapam Ieſu, dicens. Sic reſpō-
des Pontifici? Cōſidera indignum facinus,
quod cœlum horruit, & terra obſtupuit.
percutitur Dominus à ſeruo, creator à cre-
atura, Dominus vniuerſi à verme & luto,
coram quo tremunt cœli, & inferorum
poteſtates. O angeli cœleſtes cur tantam
in Dominum veſtrum iniuriam non vin-
dicatis? 2. conſidera hanc alapam armata
militis manu impactam Chriſto, tanta vi,
vt veſtigia in vultu relinqueret, miraculū-
que ſit, Chriſtum vti corpore tenerrimū, &
iā ſudore ſanguineo, & impotenti tractio-
ne fractum, nō ilico concidiſſe mortuū. Et
interim Chriſtus nō aliud reſpondet, quā,

Sima-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3. *Si male locutus ſum, teſtimonium perhi-*
de malo: ſin autem bene, quid me cædis? Con-
ſidera econtrario nos tali iniuria affecti
continue de vindicta cogitare, cum tame
minime tam innoxij eſſe poſſimus, qua
Ieſus. 2. Conſidera, Dominum ideo reſp-
diſſe huic vili nebuloni, quia fuit vna
grauiſſimis iniuriis quas paſſus eſt; ná po
ea grauiter ſæpe cæſus, imo crucifixus, n
hil queſtus eſt, imo pro crucifixoribus ſ
orauit. 3. conſidera, hunc ſenſum reſpon
eſſe. Si male locutus ſum, ecce aliam m
Thren. 3. xillam, percute illam. Nam Ieremias a
Dabit percutienti ſe maxillam: nec enim
bi ſatisfactionem fieri, honoremque re
tui petiuit, ſed vt temerarium illum co
uerteret, ad maiora paratum ſe demon
ſtrauit.

MEDITATIO IX

Mittitur Chriſtus ab Anna ad Cay-pham. Matt. 26. Marc. 14.

1. *TVnc duxerunt eum ad Caypham Princi-*
pem Sacerdotum: vbi ſcribæ, & Seniores,
& phariſæi conuenerant: vbi Chriſto tacen-
te ad falſa teſtimonia, ait Cayphas, adiuro te,
vt dicas ſi ſis filius Dei. Et reſpondit. Ego ſum

Conſi-